

REGNUM
ANIMALE

IN

CLASSES IX.

DISTRIBUTUM,

SIVE

SYNOPSIS METHODICA

Sistens generalem *Animalium* distributionem in Classibus IX, & duarum primarum Classium, *Quadrupedum* scilicet & *Cetaceorum*, particularem divisionem in Ordines, Sectiones, Genera & Species.

Cum brevi cujusque *Speciei* Descriptione, Citationibus *Autorum* de iis tractantium, Nominibus eis ab ipsis & Nationibus impostis, Nominibusque vulgaribus.

A. D. BRISSON,

Historiæ Naturalis Musei Realmuriani Demonstratore,
& Regiæ Scientiarum Academiae Socio.

Editio altera auctior.



LUGDUNI BATAVORUM,
Apud THEODORUM HAAK;
MDCCLXII.

Porco domestico magnitudine cedit. Collum habet breve & crassum; auriculas erectas, & acuminatas; 3 circiter pollices longas; oculos parvos; caudam nullam. Corpus undique obsitum est setis *porcinis* crassioribus, e nigro canescentibus, vel e nigro & incano variegatis; quæ setæ in imis lateribus breviores, paulatim longitudine augentur ad medium usque dorsum, ubi nonnullæ 5 aut 6 digitos longæ sunt. Ab aliis hujus generis speciebus præcipue differt folliculo, quem versus clunes in dorso gerit, ex quo ingrati odoris liquor emanat. Habitat in *Mexico*, *Guiana*, & *Brasilia*.

O R D O V I I I.

QUADRUPEDA Dentibus incisivis in utraque maxilla, & tribus digitis unguatis in singulis pedibus donata.

RHINOCEROS solus hunc Ordinem constituit.

XVI. Genus *Rhinocerotis*.

Hujus character est
Dentes incisores in utraque maxilla duo, a se invicem plurimum remoti:
In singulis pedibus digiti tres unguati:
Cornu in naso.

Obs. Uniuscujusque maxillæ pars anterior aliquo modo planâ est, vel potius quasi quadratim truncata; & unusquisque dens incisivus in angulis ex partibus maxillarum anterioribus & lateralibus confectis, situs est. Dentes caninos non habet; sed 12 sunt molares in utraque maxilla, 6 utrinque.

** I. RHINOCEROS. †

LE RHINOCEROS.

Rhi-

QUADRUPEDA. Ordo VIII. Genus XVI. 79

Rhinoceros cornu unico conico. Linn. Syst. Nat. Ed. 6. g. 25. sp. 1. Rhinoceros. Raj. Syn. Quadr. p. 122. Klein. Quadr. p. 26. Gesn. Quadr. p. 952. Fig. p. 953. (Fig. mala) Gesn. Icon. Quadr. Fig. p. 60. (Fig. mala). Aldro. Quadr. Bis. p. 878. Fig. p. 884. (Fig. mala). Jonst. Quadr. p. 66. Fig. T. 38. (Fig. mala). Mus. Worm. p. 336. Charlet. Exerc. p. 12. Abada, five Rhinoceros. Boni. Ind. Or. p. 50. Fig. p. 51. (Fig. sat bona, si digiti unguinati essent). Naricornis Catalani. Klein. Rhinoceros. Kolbe. Tom. III. p. 13. Fig. p. 14. (Fig. mauvaise). Porte-Corne. Klein. Les Hébreux l'appellent REEM. Gesn. Les Chaldéens, KARAS ou KARASCH. Gein. Les Grecs, Ρινόκερος, Les Perles, ELKERKEDOM. Klein. Les Italiens, RHINOCEROTE. Klein. Les Polonois, NCZOROZEC; ZENATI. Klein. Les Suédois, ENHORNING. Linn. Les Habitans du Cap de B. Esp. TUABBA; NARRA. Klein. Les Indiens, SANDA BENAMET. Gesn. GOMELA. Klein. Les Habitans de Java, ADADA; NOEMBA. Klein.

A parte superiore dorsi ad terram usque, 6 pedes circiter altus est; ab extremitate oris ad caudam, 12 pedes circiter longus: ambitus corporis longitudini æqualis. Caput habet oblongum; oculos parvos; auriculas porcinis similes; labium superius, quod extendere & contrahere potest, inferiore multo longius, & valde acutum; in naso cornu unum, (quandoque duo, secundum Auctores quosdam); caudam 2 pedes longam. Cutis ex cinereo nigrescit, estque admodum rugosa, cum profundis plicaturis in collo, dorso, lateribus & cruribus. Pilos non habet, nisi in cauda, & auriculis. Habitat in Africa desertis, inque regnis Bengalæ, & Patanæ Asiæ.